

12 Et, qui ferratas acies atque agmina vin-

[cunt,

Imbelles feriunt per sua tela feras.

13 Ergo gradum retinens, et prisca volumina

[linquens,

Cede dies operi, quod pia causa juvet.

NOTE.

qui ascribantur poetæ elegantissimi, Sidronii Hoschii, versus lib. vi, eleg. 7 :

Ipse tuus miles non semper degit in armis.
Sæpe caput galea nudat et ense manus.
Tu quoque sollicito clypeum de pec ore solve,
Et galea vertex et vacet ense manus.
Casside deposita, citharam tractabat Achilles,
Molla movens plectrum qua prius arma manu.

21. *Ei ipsi.* Cod. Moreti, At qui. Vulgatum sententiae jungendæ aptius. Non repeto quæ ad huic locum contul in Mischell., c. 4, p. 44.

23. *Ergo.*] Ultimam corripit contra morem optimorum poetarum, quibus longa est, cum sit ab ἐργῳ. Ita sane poetæ qui Augusti ætate scripserunt; posteriores egerunt ex arbitrio. Vid. Burmannus ad Loticium lib. i, eleg. 2, 32; lib. ii, eleg. 4, 76; in Antiklotz. p. 97, ad Antholog. p. 357. Grammaticos secutus ita distinguit Isidorus, Origin. i, 17: *Vel discernendæ ambiguitatis causa, ut ergo. Nam cum producitur go [cod. Groning., ergo], causam significat; cum corripitur, conjunctionem.*

24. *Cede dies.*] Concede tempus, ut, deposita priscorum voluminum cura, huic operi legendo breve quoque tempus tribuas. *Cedere pro concedere* in l. 20, § 1, ff. de S. P. V. aliisque, ut expo. uit Schroder.,

Observ. juris iii, 4, p. 215. Ambrosius Offic. i, 24 : *Cum cibum suum fratri cedent m putasset. Apud Salustium Jugurth. 47, 3, in cod. quem a d'Orville accepit Wopkensius, inveni, omnia Metello cedere : vulgo editur, dedere. Hegesippus, iii, 22, delicti gratiam volens cessit. Neque audiendus Wasseus ad Salust. Catil. 55, qui fecit emendabat. Sic infra, lib. i, vs. 301, cedit male mutatum in fecit, et cessa legendum lib. i, vs. 490. Isidorus Origin. v, 25 : Cessio est proprie rei concessio, sicut est illud, Cedo jure propinquitatis. Cedere enim dicimus, quasi concedere. — Cedere proprie dicitur, qui contra veritatem alteri consentit. Posteriora expressi ex cod. Groning. et edit. veteri; veram esse scripturam firmabit Servius ad Virgilium Eneid. n. 704.*

24. *Juvet.*] Ita reposu-ex Cantabrig. Edebatur olim, juvat; sed alterum elegantius. Præsens subjunctivi passim pro futuro indicativi. Disputavit hoc de re Perizonius ad Sanctum i, 13. E Græcis exempla dedit Bosius 14 ad Evang. Matthæi, c. xi, § 3, ubi in interrogandi formis id frequentissimum ostendit. Recie hinc apud Sedulium byrrn. I, 86, emendatum est, *Quid faciam?* atque in ipsius epistola ad Macedon. p. 2, expurgem prævalet, neque opus est ut per age expurgem cum quibusdam exponamus, aut exponam, vel expromam cum aliis ememus.

ARATORIS EPISTOLA AD VIGILIUM.

15 Domino sancto ac beatissimo **16** atque apostolico et in **17** toto orbe primo omnium sacerdotum, papæ Vigilio, Arator subdiaconus S.

NOTE.

Apostolico.] Titulus in membranis pluribus hic est : *Apostolico domino, beatissimoque papæ Vigilio*, Arator miser subdiaconus S. Eum, ut ego verum putem, temporum ratio jubet, quæ tunc parum exteræ potentiae, divinæ rationis auctoritatibus plurimum sanctis episcopis dabat; quos apostolicos viros vocat Hilarus præfat. libri Historici : *Apostolicam dignitatem episcopatum* Gildas invectiva luculenta in clerum Britanniæ : *apostol cos viros futuros episcopos Parisiensis Germanus in Privilegio apud Aimoium*, lib. iii, cap. 2, edito, quod scriptum anno 569. Sic de pontifice Romano simpliciter Ivo Carnotensis, epist. 131 et 140. Eleganter Claudius Taurinensis : *Quinta sua in me objectio est, quod dominus apostolicus indignatus sit mihi. Hoc dixisti de paschal Ecclesiæ R. episcopo, qui præsente jam caruit vita. Apostolicus autem dicitur, quasi apostoli custos, aut apostoli fungens officium. Certe non ille dicendus est apostolicus qui in cathedra sedens apostoli, sed qui apostolicum implet officium. Adelboldus in Vita Henrici I : Hoc quoque humilitate et devotione apud dominum apostolicum obtinuit, ut Allemanniam intraret. Ecerhardus in Vita Notkeri, cap. 9 : Vitalianus præsul, cuius adhuc cantum, quando apostolicus celebrat, quidam solet edere. Episcopus, solemni more apostolicorum titulo affici solitus docet epistola Eufrasii ad Ruricum, Leonovicenum præsulem, sic inscripta : *Domino sancto, meritis beatissimo, papæ, honoris cultu suspicioendo, atque apostolico patri domino Ruricio episcopo Eufrasius. Fausti ad eundem alia sic inscripta est : Domino beatissimo, debita pietate suspi-**

*Ciendo, atque apostolica sede dignissimo fratri, Ruricio episcopo Faustus. Duæ aliae Sedati ad eundem apostolicam ei reverentiam palam ascribunt. Enio, si nomen salvum est, eundem titulum inscritbit ipse Ruricius, lib. ii, epist. 8 : *Domino sancto et apostolico, etc., papæ Enio Ruricius. Sanctum et apostolicum idem Enium* vocat, eundem certe, lib. ii, epist. 15, ei Sedatum, epist. 33, ut præcedente Cesareum; ut et Victorinum, epist. 39, *apostolicum patrem* Dадонем appellat Desiderius Cadurcenus præsul, epist. 10; qui idem a Sulpicio, Bituricæ urbis episcopo, *apostolica sede colendum* dicitur, ut ab Avulso, *apostolicus pater* ab Eligio, sine dubio eo ipso cuius non contempndæ homilia ad nos veneruat; *apostolicus præsul* a Rauricio, qui male cum Lemoviceno eo modo nominato confunditur. Neque Sigebertus, rex Francorum vetustissimus, alio honore eundem Desiderium compellavit. *Apostolicum papam* eundem ipsum appellat Abbo. *Apostolicum Patrem Constantium et Gaius*, eorumdem temporum non ignobiles antiuitates. Gregorio papæ paribus verbis nuncupat libros de Vita B. Martini Venantius Fortunatus. Victor III PP. *apostolicus* simpliciter dicitur a Leone Marsiano, l. iii Chronicæ Cassinensis; ut Bruno, l. iv, cap. 33, ejusdem operis a Petro Dacono. Innumeræ alia exempla cogi possent, ai quis ei rei studeat. Ilæc ad Aratoris genuinam scripturam tutandam sufficient, si addiderimus etiam principalia urbium tempora, non de nomine, sed auctoritate *apostolica* olim dicta; ut Sophie illud magnificentissimum (quod post tot sæcula, etiam incomparabile suo ævo suisse*

18 Nonibus undo-is bellorum incendia cernens,

Pars ego tunc populi, tela paventis, eram.

NOTÆ.

affirmat Benjaminus Tudensis) Corippus vocat l. III A **1. Undosis** vel **undisonis** ex Moreti codice ascriperat Heinius. Posteriori habent edd. Antverp. Fabricii, et Biblioth. Patrum Lugdunensis. Prior servant codi. Cantabr., Univers., Voss. 2 et Londinensis, ex quo id produxit Uffenbachius in Itiner. tom. II, p. 315; frequens illa in codicibus permutatio. Confer notata in Observ. Miscell. vol. II, tom. I, p. 74. Posteriori praefero. **Undosa** monia sunt multitudines plena; **unda** passim de multitudine poetis dicitur. Barth. ad Claudian., p. 788; Valer. Flacc. I, 539:

Undat equis, floretque viris.

Principue hoc pertinet Silvia Italio. IV, 159:

.... Spissaque ruunt conferta per arma
Unde Notorum.

Vid. illic Drakenb. Salvianus de Gubern. Dei VI, p. 190: *Inundarunt Gallias gentes barbaræ; ubi Weitzius et Ritterhus.*; addit Hein. ad Claudian. II in Eutrop., 271. Pacatus Paneg. 37, § 4, quid antevis undantes plateas: quod illic pro tardant. re recte re posuerant erudit. placuisse iure Trekello ad Brissonii opera minor. p. 325. Neque tamen feru illic legi, *gratulantes annis senes.* Rescribe, *gratulantes annos, senes:* quod iam in cod. inventit Schwartzius, et confirmat Vaticanus, et Excerpta Vossii penes me. — **Undisonis** magis pertinaret ad strepitum armorum, significatione a mari desumpta, ut πολυγλωσσοι θαλάσσης dixit Musæus de Herou. 234, qui Aristophani est οἰκεῖος βαρυχαῖς, quam vocem Oppiano Haliut. 4, 569, redditam ceperit vir clariss. in Observ. Miscell., vol. IV, tom. II, p. 216. — **Sententia Aratoris** ex codicis Cantabr. schol. optime appetet, qua ita: *Quando obessa erat Roma ab Ilirico, rege Gothorum; item eo tempore quo Gothis obsederunt Romam, et derastabant totam regionem, orta est m. [forto modo, aut mox] magna contentio de eligendo apostolico. Electo v. [vero] papa Vigilio, recesserunt hostes, et de hoc loquitur Arator.* Pro Ilirico substitue illic Ilderico, qui patri Thrasymundo successit, licet is tamen Romam obsedisse dici nequeat. De Alarico id verius, sed unum ille ab hoc tempore remotus est. Sequentia, item eo tempore quo Gothis obsederunt Romam, referri possunt ad obsidionem a Vitige factam, quam repressit Belisarius, aut ad Totilam, qui, Belisario adversus Cosroem tendente, ejus absentia u-u Romam cepit; quam quidem Belisarius recuperavit, sed, renovato a Cosrope bello, iterum Urbe potitus est, a Narsete tamen deinceps vicit. Si tamen quis ad Totilam vellet referre, illa Urbis obsidio constiuta foret ad annum Christi 543, cum anno sequenti Aratoris carmen publice fuerit praelectum. Ea sane est Pagii sententia. Sed Ludewigius in Vita Justiniani, cap. 8, p. 455, Aratoris verba non referit ad veram Totilicem obsidionem, sed potius ad ostentationem armorum et copiarum e longinquum factam, quia vera Totilicem obsidio deinde facta est anno 546. Sed quid si ipsum carmen eo quem dixi anno recitatum quidem sit, at velo porto ea demum hanc ad Vigilitum epistola conscripta? Si hoc disdiceat, evanide verba referantur ad omnium Vitigem, de cuius obsidione consulariter Ludewigius d. I. § 96.

4. **Incendia** Forte huncit e Lucano, quem interdum imitari solet, Phars. II, 300:

... Tenuit flagrantis in omnia belli
Præcipitate cursum.

Vid. Gebhard. ad Livium xxix, 31, 5. **Scintillam bellum** dixit Cicero ad Divers. x, 14. Refer huc de papa apud Bonnerum Illad. B, 23, quod scholia illic per nodepsas φύσις τέχνης εχunt. Ad similem locutionem **incendia Carthaginis** apud Horatium IV, od. VIII, 17, refert cl. de Rhoer Feris Dav. p. 429.

Hec nota Arntzenii sectariorum animum redolat adversus Ecclesie Romane pontifices. Catholici lectores fallaciis Lutheri discipuli non decipientur.

EDIT.

- 19 Publica libertas, Vigili, sanctissime papa, A
Advenis inclusu solvere vincula gregi.
5 20 De gladiis raniuntur oves, pastore mi-
[nistro,

NOTE.

3. *Liberitas*] Ita appellat Vigilium, ob beneficia pateris prestata, motusque ob Silverium, in exsiliū misericordia, felicitate compositos. Inspice Victorem Tutenensem in Chronico p. 350, ibique Basnage. Ita Claudianus Silicetum appellat fiduciam bellū et pacis consilium, de Laudib. Siliic. iii, 122: ubi Bartholius videndum. Convenit illud Deinceps ad Timonem, apud Lucian. Timon., p. 151. ed Amstel. Χαίρε, τὸ Τίμων, τὸ μέγα δρόσος τοῦ πάντων, τὸ ἔργων τῶν Λθούνων, τὸ προσληπτικόν τοῦ Ἑλλήδος. Similiter Antoninum Oppianus appellat, τῆς ἀρχανδρίας ἑρωμένον, Cyneget. i, vs. 1, ubi Rittershusius opportune Luciani locum jam contulit.

3. *Vigili*] Cod. Moreti, Voss. 9, transponunt, sanctissime papa, Vigili. Secunda id Antwerp. editio cum aliis. Sed vix mediae in Vigili quantitas id patitur.

4. *Advenis*] Persona secunda quartae, contra natum, corripit apud Aratorem:

Nescis amare Deum;

et:

Esuris ad fidentes;

et:

Quod tu custodis anhelitis.

IItem apud Sedulium IV:

Perturbis ad Christum.

Fabricius continent, in poet. Christ., p. 102. — Ita ad unam omnes membrana prisca. Et in syllaba erratum auctoris est, quod inimicis debebant corriger libri. recentiores ad suam sapientiam. Exempla unidique ex variis Christianis se ingenerant. Bartolus, lib. xii Advers. 20. — Et mei codices et editiones meliores advenis servant. Ita et citat Waltramus Numburgen. in Apologie contra Hildebrandum lib. ii, cap. 22, ut testatur Bartholius ad Claudianum Laud. Silicet. iii, 122. Ex antiquis et recentibus libris idem probavit Cellarius ad Sedulium v, 280, ubi tamen monet in ms. Lipsiensi transponi, inciso advenis. Plurimas editiones mutarunt in advenis: nec tam id necessit; ita enim ultimam passim corripiunt hi poete. Voss. Art. gramm. ii, 31; Burman. ad Anthol. Latin. iii, p. 697.

4. *Solvere*] Graeco more, pro ad solvendum, quod Aratori familiare, ut verbi sanguere, infra 1, 679; reiens avertere, ibid. vs. 189. Similia sunt ðea σώσειν. Videantur Vechuer. Heilea. i, 38; Drakenb. ad Silium iv, 795; Eumeness. ad Virgil. An. i, 527; Burman. ad Valer. Flac. vi, 647; et in Observ. Miscell. vol. VIII, p. 370. Emenda hinc Senecam Hercul. Fur., 1137.

Ita, iratos
Visite reges.

Duo codices Trajectiani, visere, quod præfero.

6. *Inque*] Moreti codex, Linque. Sed in humeris ferre summissum amoreum designat. Locationem hanc redditandam arbitror incerto auctori Paneg. Constant., c. 19, § 5, quacunque progressus es, et humeris et oculis ferre gestis. Ita excerpta Vossii; pejus et humeris in editis omittitur. Justa tum est oppositio, inter Cicerone, quem memorat, humeris Italiz in patriam reportatum, et Constantinum, humeris et oculis latum. — Persistit Arator in metaphora de grege et pastoribus oves errantes humeris imponentibus ut ad gregeos reducant. Locationem forte desumpsit ex Luca Evangelio, c. xv, § 5. Ex illi more bene locum recte exposuit Cerdas ad Virgil. eclog. 1, vs. 15; Tibellus I, 11, notatus jam Pricus ad Lu- canum :

Inque humeris ferimur, te redicante, plus

21 Corporeum salis est sic evasisse periculum.

At mihi plus animæ nascitur inde salus.

22 Ecclesiam subeo dimissa naufragus erit;

Non agnamque sinu pīgeat felūmve capellā
Desertum, oblita matre, referre domum.

Cumque et iidem pastores voce aberrantes revocent,
hinc recte addit, revocante, infr. 1, 1000;

Quas querat oves, has nempe parabat,

Quas nunc rite vocat....

Lib. II, 778 :

Qui sparsos vocibus agnos
Evocat.

Addit et v. 259. Convenit etiam Servatoris oratio Joann. x, vs. 16 et 27, τὰ πρόσωπα τὰ ἴμα τῶν παιδῶν μου ἀκούει. Similiter Longus Pastor., p. 8, ἐπὶ τοῖς καλλύροπτοις χρωτοῖς, ἵνα ταῦτα μάνη παιδῶν. Alium Longi locum continet Pricus ad Joan. Evang. x, § 5.

8. *At mihi*] Moreti codex, Et mihi, frequenti librariorum mōre. Vid. Cortium ad Sahust. Catil. iii, 2. Posset et ferri ex iis que protuli ad epist. ad Flor. vi. 10. — Plus designat magis, potius. Barth. ad Claudian., p. 823; Cortius ad Ciceron. ad Divers. xv, 21.

9. *Ecclesiam*] Pro conventu et agmine populi Christiani, seu domo sancta, ut Prudentius. Correptam habet antepenultimam τῷ συστόλῳ apud Sedulium, Aratorum, Fortunatum, Drepanium, magis auctoritate quam veritate, sed quadam vulgari consuetudine. Correptam etiam habet primam τῇ παρέλλογῃ, sed alibi nusquam, quam apud Tertullianum, et lib. ii:

Ecce caput Christum, sumt cujus Ecclesia membra;
et n:

Scilicet in Christo esse decus tuum Ecclesia certe.

Ita idem pluribus locis. Fabricius, comment. in Poet. Christ. p. 47. — In Ecclesie voce lapsus xvi Christiani licentia est. — Modoinus ad Theodosium:

Adde etiam, quod adhuc rudis ecclesiasticus ordo,
Informisque sua lege careret iners.

Arator, libro i:

..... Tenuemque saporem

Legis in Ecclesie fecit servescere libris.

Sedulius libro iv:

Ecclesiam pulchro Christus sibi junxit boniore.

Venantius libro ii.... restituit... Ecclesiam stabilitate pendulus ipse cruce. Drepanius Flores:

Quid loqueris insigni tumidum Solomona cothurno,
Qui thalamos Christi peallit et Ecclesie?

Bartolus, Advers. xi, 17. — Penultimam etiam corripit Arator, infr. 1, 121, alioque locis. Ita et anonymus de Gestis Caroli M., lib. v, vs. 518. Et Ermoldus Nigellus, qui inter Scriptores Germa. Menckenii extat, illis etiam locis, ubi, facta translatione, id evitare potuisset. Forte tamen nonnulli poete vocem fecerant trisyllabam. Vide quo hanc in rem mox ad vs. 24 sunt monenda. — Prior syllaba non apud unum Tertullianum, quod videbat Fabricio, sed et apud Paulinum Petracor. brevis extat, de Vita Martin. ii, 326, ubi Ecclesia editur. Neque ultimus Tertullianus apud Fabricium locus salis sufficere videtur, ut priorem correptam probemus. Contr. he enim tuum in unam syllabam (id enim hi poete sibi summisse videntur, præcipue Tertullianus. Confer Fabric. in comment., p. 429), et quantitas recte se habebit. Similia vide ad Sedulium v, 8 et 451.

9. *Naufragus*] Vox de illis usitata qui damnum grave sunt perpessi. Patrimonio naufragum dixit Ci-

10 Perfidia mundani deseru vela freti.

A

23 Transferor ad niveas Petri, sine turbine,
[caulis,

Et fruor optati jam statione soli.

25 Litoris ille sinus ad carbasa nostra pa-
[ravit;

Fluctibus in mediis, cui via sicra fuit.

15 Esse reus potero, grates si reddere cesem.

Unius officio displicere novem.

25 Sensibus ardor huet horum celebrare la-
[bores,

Quoram voce fides obtinet orbis iter.

NOTÆ.

tero pro Sull. 14. Christiani scriptores illis tribuant qui, negotiorum alterius generis mole obruti, ea vix tractare possunt que salui curandæ sunt aptæ : aut qui prorsus res illas negligunt ei ejulant, quod scriptor historiæ Verheykii appellat Paulus in Epist. I ad Timoth. i, § 19 : quam locutionem illustravit clariss. de Rhoer in Feriis Daventr. II, 7; atque hinc natu-ram humanam *καρδιοπόνητα* appellat Athanasius Opp. tom. I, p. 98. Sedulius epist. ad Macedon., p. 2, quæc, *gubernante Deo, lataberis nulla perituisse nonfragia*. Salvian. de Guberu. Dei III, p. 41 : Non tunc inter tantummodo nonfragavimus, quorum penes omnis vita nonfragium est. Ita se nonfragum proficitur Ara- tor, cum negotiis civilibus et publicis in aula admou-tus fuisset. Eloquentia enim poëtæ res primum in foro egit; deinde pro Dalmatis legationem obiit ad Theodericum regem; ab ipso Athalarico comes do-mesticorum factus est, qua de re digna lectræ est epistola Athalarici apud Cassiodor. Variar. VIII, 2. Deinceps factus est comes privataram, et tandem Ec-clesie datus subdiaconus. Quod eum comitem priva-tarum suisse affi mo, si auctoritate ms. Rhemensis Monachorum S. Renigii, in quo appellatur *excomes domesticorum*, et *excomes privatarum*. Videatur Sir-monius ad Ennolitium epist. 9, 1. Ita autem appella-bantur qui talibus erant muneribus sancti : vid. Jos. Castalio Var. Lection., cap. 5. Sic Tribonianus ex-quætor in procem. Instit., § 3; quod miror Schwar-ziam in scholiis ad illium locum accepisse, cum Al-dobrandino, de quæstori primario; meliora vidit C. Riuerus ad Heinicci Histor. jür. I, § 388, et Bachius Hislor. jurispr., p. 625. Simili modo Turcius Rusus exconsul appellatur in ms. Dixi ad Sedulium p. 20, et Specim. Observ., p. 69, ubi simile exemplum protuli ex Gruteri Inscript. p. cxliii, 2; unde de-fendi queat hanc difficulter scripture apud Eutro-piam Breviar. vi, P. Servilius exconsule. In auctore id nusquam obvium scribit Verheykius. Ex optimis tamen codicibus Vegetio restitut exconsulibus cl. Ouidendorpius in Observ. Miscell., vol. VII, tom. II, p. 359. Addatur Salmasius ad Hislor. August. scri-ptores, p. 117, 137 et 209. Isidorus Origini. IX, 3 : *Exconsules autem dicti, quod jam a consulatu éter-rarum, sive discesserint, peracto vicis sue anno. Ex ty-photraphi virtute Gothofredi editio illuc habet pacio.* Idem lib. xv, c. 13 : *Squalidus ager, quasi excolitus, eo quod jam a cultura ex erit, sicut ex consul, quod a consulatu discesserit; atque hinc iud exconsul apud Eutropium satis confirmatum est, opinor.*

10. *Dextro*] Contra morem antiquorum ultimam corripit; poetæ recentiores in eo fuerunt negligen-tissimi. Vid. Burmannus Secundus in Antiklotz., p. 93; ad Lotichium I, 1, 51, et IV, 4, 194, ubi tamen Tibulum ultimam in desino corripuisse ostendit. Vide et ibid. lib. V, eleg. 12, vs. 71. In eodem verbo corripit etiam Ovidius Heroid. XVIII, 203, ubi tamen aliud ne ediderunt. Vid. Urbinius. Idem mox est in defero. vs. 27; solvo, vs. 23; disco, vs. 29; quid semel monuisse sufficerit, cum plura in ipso Arator e sint similia.

13. *Littoris*] Inuicta tranquillitatem, quam ab aule strepiti et negotiis civilibus remotus habebat. Sta-tuum et sinus jungit etiam Virg. ius. II, 23. Hisdorus XIV Orig., 8 : *Statio est ubi ad tempus stant naues; portus, ubi timent. Importunum autem, in quo nullum est refugium, quasi nullus portus. Portus autem, etc.* Ascripsi hæc verba ex cod. Groning. et

meliорibus edd., quæ a Gothofredo turpiter sunt omisæ. Ceterum sinus tranquillitatem passim indi-cat. Plinius Panog. 6, 3 : *Confugit in sinum tuum concusa Resp., vel sinum tuum, quod cod. Guel-phiber. habet; prius maluerim. Portus ita apud Cice-ron. pro Milon., c. 33. — Aratori similia habet Er-moldus Nigellus tom. I Script. Germ. Menckii, p. 884 :*

Dexteræ, que Petrum, fluctu superante, teneat,

Ne pereat, relevat, addidit atque rati;

Hæc me precipitem servet miserando per turbas,

Conferat ad portum, Cesar opitne, tuum.

14. *Sicca*] Confirmat hic locus scriptoriam cod.

Cantab., apud Sedulium III, 227, ubi de Petro :

Et vasti premunt arva freti, siccasque fluentis

Circumfusa sacras lambent marina prætus.

Vide illic notata, et in addend. p. 227. Ermoldus Nigellus, p. 910, tom. I Script. rer. Germ. Menckii :

Qui pedibus siccis per maris ivit iter.

15. *Potero*] Nota periæphrasis, pro rebus ero. Ovidius Metam. III, 297 :

... Neque enim non hac opasse, neque ille

Non jurasse potest;

id est, omnino hic optaverat, ille juraverat. Auctor inst. lib. I, vs. 529 :

Quoties jubet ipse vicissim,

Possit quod insolitus fieri;

lib. II, 695 :

Si non per ascula posseunt

Fine carere Dei.

Grecum δύσκολα codem modo assertit Priescus ad Ewang. Lue., c. XVI, § 2, et Maius Observ. Sacr., part. I, p. 52. De Latinis copiose Cortius ad Pliniium X, epist. 94, 1. Wopkinsius in Miscell. Observ., vol. VII, tom. II, p. 238; ad Sedulium III, 321; Burman. ad Ovidium Heroid. XVII, 209; Drakenh. ad Livium XXII, 13, 4. Restitue eamdem locutionem Manner-tino Gratiar. action., c. 7, init. : *Suffere quidem poterat ad expeditionem. Ita codex Guelpherbytanus et Excerpta Vossii; editi, su iceret. Existat et eadem in cod. Groningano apud Hislor. Orig. I, 38 : Teren-tianus hos elegiacos dicere solet, quo clausula talis tristi-bus, ut tradunt, aptior possit esse modis. Ab editis haec parumper recedunt; sed locus alteri con-tinuedus est, ita quidem, me judge : Terentianus : Hos elegios dixerit : solet quod clausula talis Tristibus, ut tradunt, aptior esse modis. Testimonium hoc est Te-rentiani Mauri, cuius hic versus est, de Metris p. 2422, edit. Putschii. — Quod statim Arator dicit grates reddere, alii agere, vel resurre, Ausonius Grat. act. init. Ago tibi gratias, imp. Auguste, si possem, etiam referrem. Vetus editio illuc, easa referram : unde Vossius in margine conjiciebat, si possem easa, referrem. Sed possem relinquerim. Cicero ad Divers. x, 11, relaturum me affirmare non possem ; XI, 13, ago tibi gratias ; cui enim re via referre possum. Ceterum grates reddere quidam poetum ceu-suerunt; habent tamen et prosaci. Vid. Drak. ad Liv. XII, 12, 7.*

16. *Novem*] Lotus satis ob-codus. Sententia mihi videatur esse, se, ab aule strepitu remotum, et sa-cre ministerio addictum, reliquissimo secularia obduci et statu sapientia mundana uenire, ut sit Sedulius, prefat. ad Macedon. p. 3. Per novem itaque inter ligendas egesse novem musas, coque generatim ho-minis pectorum antiquorum commenta. A prima eni-

- Versibus ergo canam, quos Lucas retulit actus, A
20 Historiamque sequens carmina vera loquar.
28 Alternis reserabo modis, quod littera pen-
[dit,

- Et res si qua mihi mystica corde datur.
27 Metrica vis sacris non est incognita li-
[bris;
Psalterium lyrici composuere pedes;

NOTÆ.

jata pœritia poesi deditus, fabulas veterum carmine conscripsit, sed a Parthenio non fit ut sacras potius res caneret, consilium mutavit, odasque Davidicas vel Genesis carmine conseribere habuit in animo; tandem magis Actus apostolici placuisse: ita ipse Arator latius in epistola ad Parthenium, quam consule. Hic igitur affirmat priscas illas sibi fabulas dislocuisse officio unius, id est Petri, cujus statim meminerat, seu, quod oratione malum, Parthenii. *Officio* expone per beneficio. Vid. not. ad Caton. Dist. i, 15, et iv, 42.

19. Ergo] Edit. Basil., ipse canam: id quidem rectius, si ad quantitatem attendas; sed, cum eodd. nibil mutant, receptum tneamur ex lis quæ notata sunt ad epist. ad Floriaoum vs. penult. De ipsa redi in Miscell., p. 47.

49. Retulisti] Nescio utrum indicet Lucam conscripisse id, quod ipse viderat. Alii contra ex Petro sua cognovisse sunt arbitrati. Egerunt hac de re Wandalinus in Diatrib. c. 2, p. 249; Syntagm. Cravii, et Cl. Segar Obsev. ad Evang. Lucae, p. 2 et 16. De ipso Luca, Lucano, vel Luctio confer Neuman. in Pœcili. tom. II, p. 519.

20. *Carmina*] Forte legi possit carmine: Infr. I, 802:

Carminibus Joppe canimus.

et triumphos carmine dicere est apud Corippum Paneg. in laud. Anastasi. 51. Eodem modo, talia carmine pando, recte emendat Vonckius in carmine Antonii Advers. gentes, in Spec. eritico, p. 1. *Carmina* tamen vera sunt, quæ sine figuranti vito sunt condita, ut Astorius sit in epigramma, ad Macelon., vs. 2: ubi in priori verso etiam alii ediderunt, veracia dicta postea: unice tamen illic veritas verum est.

21. Reserabo] Ultima correpta, a quo abstinuerunt principes melioris aevi poëæ. Vid. Burian. ad Lotichium III, eleg. 10, 29. Pertinet hoc Lactantius Divin. Instit. IV, 20, init., Scripturae sanctæ litteras, id est prophetarum arcana patefecit. Inde Arator se alteris modis, sive vicibus, expositurum rei gestarhistoriam, et quæcumque arcana in illa deprebendat. Ille sibi legem scriptam malem sepius neglexisset; per allegorias enim passim fit obscurus, ne dicam quid gravius. In talibus curiosum esse, plerunque inepium est et barbarum, judge Fabricio in comment. ad Poet. Christian., p. 49.

21. *Littera*] Sacra volumina; sic littera vetus, infra, II, 362.

22. *Mystica*] Mysteriæ, calendarum. Hilarius Hyman.: Verum fidentur et Deum,
Munus ferendo mysticum.

FABRICIUS, comment. in Poet. Christ. p. 90. — Potius arcana, sive celata, que in rebus gestis latabant, quæque eo referenda erant; ea enim vis est affectivorum in zœc executionem, ut recte Cattierius in Method. p. 38. Sic in eodd. infra I, 388, *mystica dogmatis memorantur*; *mysticus Adam*, vs. 1038; *mystico dono*, II, 89; *mystica virtus*, Sedolius I, 59. Confer quæ dixi in Miscell., p. 48.

23. *Metrica*] Libri b. blici qui carmine scripti sunt, recensentur ab Aratore in pref. ad Vigilium: *Metrica vis*, etc.; item a Drepanio in epistola ad Modu-num:

Job prius heroo sua carmine bella retexit,
Divina Dæmi personal ipse lyc.

Quid loquar iusti tumidum Solomonum colturno,
Qui thalamos Christi paullit et Ecclesie?

D. Hieronymus præfatione in Eusebium: *Quid Psal-*

terio canoris? quod in morem nostri Flacci, et Græci Pindari, nunc iambo currat, nunc Alcaico personat, nunc Sapphico tamet, nunc semipede ingreditur. Quid Deuteronomio, quid Isaia cantico pulchrus? quid Salomonis gravissimus? quid perfectus Job? quæ omnia hexametris et pentametris versibus, ut Josephus et Origenes scribunt, apud suos composta decurrunt. Idem præfatione in librum Job: Hexametri, inquit, versus sunt dactylo spondosque currentes, et, propter linguæ idioma, crebro recipientes et alios pedes non earundem syllabarum, sed eorumdem temporum. Interdum quoque rhythmus ipse dulcis et innulus fortur numeris pedum solatus: quod meritis magis quam simplicitate intelligunt. Quod si cui videatur incredulum, metra scilicet esse apud H. dracos, et in morem nostri Flacci, Græcique Pindari, et Alcæi, et Sapphus, vel Psalterium, vel Lamentationes Jeremie, vel omnifermæ Scripturarum cantica comprehendendi, legal Phœtonem, Josephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, et eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Ita D. Hieronymus. In hoc autem loco qui commemorati non sunt, eos recensui supra in præfatione ad Alexandrum duceam Saxonie. FABRICIUS, comment. in Poet. Christ. p. 79. — In Tornæs. I est, metri vis.

24. *Psalterium*] *Wdripcov* et instrumentum musicum est, et liber ipse Psalmorum. Antepenultius contra morem evirrit Arator:

Psalterium I, rici composuere pedes,
pro libro Psalmorum. FABRICIUS, comment. in Poet. Christ. p. 110. — Editiones Aldin., Basil. et Tornæs. I, exhibent, *Naya Psal'mos* lyrici. Non est necesse; potest enim hæc syllaba corrip̄i eo modo quo in crepidu a xp̄p̄is, medear a μέδω, similibusque, quæ potuit Vüssius in Elymoli. voce Ηλαρε. Alia protulit Schottus ad Valer. Flacc. I, 331; neque poëte Christiani hæc adeo constantes observant. Sic Græcum a pariter correptum est in Ecclesia: vid. supra ad vs. 9. In eremus apud Prudentium. Psychom., 370; poësis, in Symmach. II, 52, ex mss. Heinrich. Contra et interdum producitur, ut in *thema*, aliasque, quæ protulit Fabricius in Comment., p. 134, 138 et 143; o mutatur in o breve, et his et aliis poetis. *Lacus* et similia notat Drakenb. ad Siliom IV, 778. Sophene, priori brevi Oudendorp. ad Lucan. II, 593. *Idolum* media brvi est infra I, 264, quod tamen quidam illic mutarunt in *idolaque*, ut et apud Sedulium V, 146: ubi tamen vide, et Barthium Advers. xxiv, 4: Vossium Art. granum. II, 34, qui it. I.c. cap. 33, Aratoris in voce *Psalterio* videtur quodque notavit. Sed quid obstat quominus per ἀντίκεντον vocem in tres syllabas redigamus? idem enim fit in ariete, pariete, vindictator, et aliis apud Burmann. ad Lucan. IX, 790; apud Ausonium epigr. 44. Pro omnia mercatus in ed. veteri inveni, hoc die mercatus, quod firmat conjecturam illic Luci Scoppi, in qua tamen metrum non est ostare alt. Vincet. Sed tu contra die in unam syllabam, et metrum, ni s. l. tor, constabit; atque ita hanc conjecturam tuitus fueram in Miscell. p. 49; consensus addidit deinde Boltius in Silv. critic. p. 13. Neque hæc contrahendi ratio Aratori ignota: ita duodenarius in quinque syllabas redegit infra I, 116. Confer Daumium ad Caton. IV, 4; Vonckium Lection. Lat. II, p. 142. — De Psalmorum metro Isidorus Orig. VI, 2: Omnes autem psalmos apud Hebreos metrico carmine constat esse compositos. Nam in more Romani Flacci, et Græci Pindari, nunc alii iambo currunt, nunc ele-

25. **28** hexametris constare sonis in origine lingue A

Canticā, Hieremīe, Job quoque dicta ferunt.

29 Hoc tibi, magne Pater, cum defexo munus

[amoris,

Resipie, quod meritis debita solvo quis.

30 Te duce tiro legere, te dogmata disco ma-

[gistro];

Si quid ab ore placet, laus monitoris erit.

NOTÆ.

gicos personant, nunc Sapphico nient, trimetro vel hexametra perde incidentes. In edit. Parisiensi antiqua illio est, Psalmi — constant esse compotis. Adambrata autem hæc sunt ex Hieronymi loco apud Fabricium. Ipsam eum Pindaro comparationem instituit et. Kachersfelder Syllog. comment., fascic. 1, cap. 1 seqq.; a quo dissentunt Klotzius in Actis litter. vol. I, part. II, p. 119, et vol. II, part. II, p. 151.

25. **Sopiq[ue]** Ita rescripsi ex cod. Moreti, Cantab. et Univers., edd. Aldin., Basil. Ceteri ediderunt modis, sed vocis illius significatio in Hexametris jam iaceisse videtur. Cortius, in margine editionis sua, sonis expedit per versus, pedes. Prius maluerunt. Sonus pro canto, sonore pro canere, utrumque neglectum Fabro, vindicavit Münckenius Observ. L. L., p. 919 et 921.

26. **Canticā** Isidorus Orig. VI, 9, ubi de Canticō agit: Horum autem trium librorum carmina hexametri et pentametris versibus apud suos composita peribentur, ut Josephus et Hieronimus scribant. Ceterum totam hanc de metris Hebreorum materiam, satis impeditam, exposuit Robertus Lowthius in Praelectionibus Academicis.

26. **Hieremīe** Ita reposui ex cod. Moreti, Cantab. Univers. et edit. Aldin., Basil., Tornæa. I. Ceteri Hieremīam, aut Jeremiam, quod est in Biblioth. Patrum Lugdun. Jam olim in Miscell., p. 50, codicum lectiūnem prætul, sed tum Hieremīam ad Cantica referre placuit. Nunc aliter sentio, postquam, reaccuratius considerata, Aratorem de tribus libris lequi parapexerim, de Canticis, ut etiam appellat infra 1, 697; de dictis Hieremīe et Jobi. Per dicta Hieremīe intelligit Lamentationes, ut recte in margine exposuit Cortius; neque tameu ideo dicta Jobi itidem per lamentationes exposuerim; uni enim vocabulo ἔπει duplex inest significatio, quæ pendet ab ea voce ad quam id referendum est, ut ostendit in Spec. im. Observ., c. 2, p. 17, et in Addendis. — De illo Hieremīe libro Isidorus Orig. I, 38: Threnos, quod Latine lamentum vocamus, primus Hieremīas verso compoens super urbem Hierusalem et populum, quando captivus datus est; et lib. VI, cap. 2: Hieremīas similiter edidit librum suum cum Threnis suis [cod. Groning. legit ejus] quos nos lamenta vocamus, eo quod in tristioribus rebus funeribusque adhibeantur, in quibus quadrupliciter diverso metro composuit alphabetum, quorum duo prima quasi Sapphico metro scripta sunt, quia tres versiculae, qui sibi nec sunt, et ab una littera tantum incipiunt, heroicum comma concludunt. Tertium alphabetum trimetru scriptum est, et a termis litteris itidem terni versus incipiunt. Quartum alphabetum simile et primo et secundo habetur. Mutavi in his quadam ex cod. Groningano. De eadem hoc re

conferatur Huiclus Demonstrat. Evang. propos. 6, p. 262.

26. Job] Isidorus Orig. I, 38: Siquidem et Job, Moysi temporibus adsequitus, hexametro versus dactylo spondeoque decurrat; et lib. VI, cap. 2: Principia autem et fines libri Job apud Hebreos prosa oratione texta sunt. Media autem ipsius ab eo loco quo cit: Pererrat dies in qua natus sum, usque ad eum locum: Idecirco ipse me reprehendo et ago paenitentiam, omnia heroico metro decurrunt. Scribendum coniugio decurrunt; reliqua autem, quæ distant a Gothofredo, expressi ex ms. Groningano. Conscriptum esse simplici hexametro testatur Beda de Metris, p. 2366. Cassiodorus: Divinar. Lection. c. 6: Prosa incipit, versus libetur, pedestri sermone finitur. Sed de metro hujus libri, quod non Jobo, sed alli ascribunt nonnulli, satis sunt omnia cum reliquis incepta. Vid. Huiclus Demonstr. Evang. Propos. 4, p. 222; Fider. Spanhem. Opp. tom. II, lib. 1; Schultensium, virum sua aitare principem, in Commentario, et Sacrum Wesley in librum Jobi dissert. 3 et 4.

29. **Magistro**] Ex hac voce Bellarminus de Script. eccl. constitut Aratorem Vigili suisse discipulum. Mihi non liquet; et, donec certior afferatur autoritas, vocem expono de eo qui majori præ aliis heminibus dignitate insignis est, ut Vigilius pontifex. Magister auctionis hoc sensu exponitur a Grævio ad Ciceron. ad Divers. XII, 30; Præcœ ad Apuleium p. 389. Magister pecoris est apud Virgilium Æneid. XII, 717. Quod eo magis huc retulerim, quia ipse Vigilius pastori comparat superius vs. 4. Magisterium pro imperio exposuit Præcœ d. I, p. 62; præcipue et apostolis hanc vocem tribuant Christiani scriptores. Paulinus Carmin. XIII, 178; XXXIII, 533 et 373. De nonnullis præterea huc pertinentibus, consule præfationem nostram.

30. **Ab**] Proprier. Vid. Cortius ad Ciceron. ad Divers. XIII, 10. Quid vero sibi ore velit, satis obscurum est. Conjeceram, ab arte; nil tamquam defusio; videor enim nibi comprehenduisse Aratorem maxime hac voce suis se delectatum. Pro prædicatione rerum divinarum adhibuit vocem infra II, 3; pro convenientia, supra ad Florian. 2. Forte hic elegantiam dicendiique venustatem per hanc vocem exprimere conatus est; sed conatus tantum; nisi, propter præcedens manus amoris, sit imitatio Prudentii Perist. XIII, 3, Amore et ore noster. In scholiis cod. ms. quæ aliquando vidi, apud Senocam Heron. Far. vs. 1540, verba, Animum levem in ore primo teno, exponebantur, in primo verbo oris tui, si dixeris quod vivas, vivam ego; si dixeris quod moreris, statim ego moriar. Meliora lamen illuc Farnalibus. — In cod. Moreti et Vossian. 2 additor, Explicit prologus.

ARATOR SUBDIACONUS.

DE ACTIBUS APOSTOLORUM

LIBER PRIMUS.

Actibus] Apostolorum Acta inscribantur, velut olim apud gentiles Acta publica appellabantur, quibus ratio fideisque imperii gesti, et administratio reip. constabat. Vix enim ullus nostræ religioni liber est qui veritatis doctrinam irresutabilibus exemplis, et

eam secutæ historiæ fide tam luculenter explanet. Et ceric, præter Epistolæ apostolorum, quæ hæc duo miscent, nullus est. Talla commentaria Romanis erant, quæ Acta Urbis inscribantur, quibus videlicet posteri, majorum fide velut publice depo-